Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



418

eterna. Qui potuit transgredi & non est transgressus & facere
mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in dño & eleemosynas illius
enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Gradale. Beatus vir qui timet
dnm in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius generatio
rectorum benedicetur. Alleluia. Posuisti dne super eum coronam de lapide pretioso.
In illo tem. Dixit dns. Nolite arbitrari. Secm matheum.
Quia veneram mittere pacem in terram. Non veni pacem mittere sed
gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum & filiam
adversus matrem suam & nurum
adversus socrum suam & inimici hominis domestici eius. Qui amat
patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. Et qui amat
filium aut filiam super me non est me dignus. Et qui non accipit
crucem suam et sequitur me non est me dignus. Qui invenerit a
nimam suam perdet illam. Et qui perdidit animam suam propter me inve
niet eam. Qui recipit vos me recipit. Et qui me recipit recipit
eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem
prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti ac
cipiet. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem
aque frigide tantum in nomine discipuli. Amen dico vobis non perdet mer
cedem suam. Offertorium. In virtute tua dne letabitur iustus et super salutare
tuum exultabit vehementer de fiducia anime eius tribuisti ei. Secreta. Oblatis
quesumus dne placatus muneribus & intercedente beato valentino martire tuo
a cunctis nos defende periculis per. Comm. Masna est sla eius
in salutari tuo sla et mansuetudinem impones super eum dne. Complet.
Sit nobis dne repacatio mentis & corporis celeste mysterium ut
cuius exequimur cultum sentiamus effectum per. Eodem die scorum
vitalis felicole & zenonis. Colla. Oramus quesumus omnipotens deus.
CCC lxxxvii. Juliane virginis. Ad laudes CCC lxxxx.